

et ipsa mundo? Omnia ergo que in monasterio habentur sint omnibus communia: ut nulla dare aut accipere alii quid presumat sine iussione abbatissae. Si que secus fecerit: regulari discipline subiaceat. Sed ne per omnes veterum regulas discurrendo tedium lectori prolixior sermo pariat: ex dictis sanctorum patrum ista produxitse sufficiat. Omnes enim prisci et novi monachorum cuiuscumque ordinis principes in hanc sententiā unanimiter concuerunt: qua peculium monacho penitus interdicunt. Hinc dominus noster apostolis non portare sacculum neque per am in via precepit: ut ex hoc successores eorum intelligant: quēadmodū sine proprio in communione vivant. Erubescat homo claustralib qui vitam apostolicā profitetur in cenobio contra votum suū vivere: et propriū tot sanctis interdicentibus aliqua tenus possidere: quando monacho peculium usque adeo illud citum est: ut viuus et mortuus extra communionē omnium fratrum sit procul remouendus: si in hoc vicio fuerit deprehensus. Quā periculosa in monacho sit proprietas: nemo satis exprimere potest. Enī vero periculū quod ananīe et sapiente peculium retinentibus in corpore accidit: proprietatis monachis in anima quotidie contingit. Moritur ut plurimum sine vera penitentia: qui contra monasticam institutionē peculium possidere non verentur. Existimant enim sibi licere quod illicitū est consensu prioris: cum nec sumimus pōtis licentiā monacho super proprietate possit indulgere. Ue vobis proprietarij qui votū vestrū infringitis: et iram dei contra vos prouocatis: quoniā levius habebunt fures et meretrices in die domini: quod vos si morientes in hoc vicio fueritis deprehensi. Non enim simplex crimen in monacho censeretur proprietas: ubi multa in unū crimina concurrunt. Sacrum cum deo iuratum frangitur: votū solemne violatur: charitas fraterne unitatis spernitur: furtum committitur: sacrilegium perpetratur. Unde augustinus dicit in regula. Si aliquis rem sibi collatā celauerit: furti iudicio condemnetur. Ad quid monacho cuiuscumque rei proprietas: qui nec sui corporis potestatem